ctibus.primo caſu.aut contra prepara-
tionē cauere aut cōtra finē.ſi cōtra prepa
rationē pōt purgari quādocūq; ante li-
tis cōteſt.vt.l.ꝛ ſi poſt tres.ff.ſi quis cau
tio.ſi ꝯtra finē.ſubdiſtingue:quia aut ad
dit dies a lege:aut ab homine:ſi a lege
vtputa:qñ iudex vel arbiter non adijcit
diē:nā tunc intelligitur tēpus decem die
rum.lꝫ nō ſit adiectū.ff.de conſti.pecu.l.
promiſſor.Et no.in dicta.l.ſi cum dies.§.



ſi.ꝛ.ff.qñ dies lega.cedit.l.cū ſine.in fi.ꝛ
l.ſi per vim.ꝛ.ff.de ver.obli.l.ſi inſulam.
Sed cum dies adijcitur ab homine tunc
ſemel cōmiſſa nō purgatur.vt eo.ti.l.cel-
ſus.in prin.ratio diuerſitatis eſt quia in
ſuperiori caſu dies nō interpellat p ho-
mine:qꝛ non fuit adiectus dies:ſed a le-
ge ſubauditur.Et iō vſq; ad lit.ꝯteſt.pena
pōt ſemper purgari.Itē qꝛ mitius agit
cū lege:q̄ cū homine: tamē ſcdo caſu.ſcꝫ
qñ in contractibus:ſi in cōtractu addi-
tur.pena ꝛ dies: tūc pena ſemel cōmiſſa
non purgat.vt.ff.de actio.ꝛ obligatio.l.
traiectitio.§.ꝺ illo.C.de ꝯtrahē.ꝛ cōmit.
ſtipula.l.magnā.ꝛ ibi no.ſi autē in con-
tractu adijciat pena: ꝛ non dies: et tunc
purgatur vſq; ad conteſtationem.vt.d.
l.ſi inſulam.et.l.cōtinuus.§.eum qui.et
l.qui rome.§.flauius.ꝛ idem qñ adijcit
dies nec pena quia purgatur mora ſu-
per intereſſe: vſq; ad lit.conteſta.ff.de
verb.obli.l.ſi itaq;.§.ſciētiam ꝛ.ff.de do-
li excep.l.apud celſum.§.labeo.de quo
2 intereſſe dic:vt.d.l.vtiq;.†Sꝫ de illo que-
ritur.Nunquid facto compromiſſo cum
pena ꝛ arbitrio poſſit alter ex compro-
mittentibus ſoluere penā:ſi nō vult ſta-
re arbitrio:qꝺ videtur.Nam preſtita pe
na licet a iudicatis recedere.C.de arbit. 1
l.j.ꝛ ibi no.ꝛ autē.decernimus.e.ti.ergo
eligendo penā ſoluere ſatis eſt.ff.de ver
bo.oblig.l.qui ex pluribus.Sed illud in
alternatiuis hic non:imo pena adijcitur
quaſi quoddaꝫ robur.vt.d.l.j.ꝛ ideo nō
deberi hec electio detur aduerſario qui
paret arbitrio:ita tñ ꝙ arbitrio ſit cōtē-
tus:ac expreſſum.ff.de pac.do.l.ſi pater
§.ſi mulier:quia vtrāq; partē non poteſt
vt ibi ꝛ.ff.de doli exce.l.apud celſum.§.
labeo.vñ intelligo autē.decernimus ſcꝫ
pena preſtita ꝛc.quia tenet vtrūq;.ff.de
tranſac.l.qui fidem.Et no.extra de arb.
c.dilectus.ꝛ qꝺ not.extra de penis.c.j.et
dic vt ibi.Item dicit: ꝙ ſecundum cano
nem in defectū pbationis dictorū arbi-
trorū:ꝛ no.extra de arbi.c.j.Et etiā not.
videt.C.eo.ne in arbitris.de pena autē
poſita in contractu diſtingue: qꝛ ſi appo
a nitur loco intereſſe[a]: poteſt agi ad pe-
nam quanti ſua intereſt: vt.ff.de actio.
emp.l.predia.ꝛ.l.non ſoluente alij libe-

rantur.vt.ff.de eo p quē
factum erit.l.j.§.ſi plu-
res ſi nō loco cōtumacie
et debitor nolit ſoluere
cū poſſit preſtabit vtrūq;
ſcꝫ rem ꝛ penā.ff.de col-
la.bono.l.j.§.ſi cum duo
bus.ꝛ de tabu.exhibē.l.
hoc interdictum.§.locū
condemnatio.ſi autē in
fraudem vſurarum non
poteſt agi ad penam in
eo quod excedit termi-
num modū vſurarū.Et
de iure ciuili vt.ff.de act.
emp.l.iulia.ibidem.alꝰs
iniquū eſt: vt habeatur
ſimꝉ res ꝛ pena.ff.de do
li excep.in.d.§.labeo.ni
ſi expreſſe agatur.vt di-
xi per dictā legē q̄ fidem.
Et no.in.d.c.cū dilect⁹.
¶Utrum principali de-
linquente accuſatus te-
neatur ſi appareat aſ-
ſenſiſſe.

DEcimoſe-
ptimo que
rit† accu-
ſator pro-
ponit plu-
ra in libel-
lo vtputa accuſat de plu
rib⁹ delictis in caſu pre
miſſo:prout dꝛ ꝛ no.in.l.
qꝺ crimen.ꝛ oēs accuſa-
tos pponit illud delictū
cōmiſiſſe:vt principales
actores.Teſtes ꝟo accu
ſatoris dicūt aliquos ex
eccleſiaſticis fuiſſe prin-
cipales autores.Aliqui
dicunt acceſſores: puta
auxiliātes ſeu factores.
Querit nūquid ex illo p
ceſſu illi acceſſorij ſint cō
demnādi.Et primo vi-
detur ꝙ ſic.ff.ad.l.iu.de
vi publi.l.Itē mela.§.ſi
plures.ita ꝙ pena vni⁹
alterū non liberat.vt di-

a ¶Loco in
tereſſe.q̄d
ſit intereſſe
vide pet.de
anch.l.c.ſa-
cro.nu.xiij.
extra ꝺ ſen.
excō.ꝛ ē tri-
plex:ibidē
nu.xiiij.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

xi.§.de q͂ő.circa ſenten.iij.q.ij. ¶Econtra
ꝙ non.q꜡ qualitas illoꝝ delictoꝝ nõ eſt
probata ſcḋm formã accu. q꜡ oẽs ſunt ac
cuſati vt ꝑncipales.ergo nõ ſufficit pro
bare:ꝙ acceſſoriũ deliquerint q꜡ quoties
duo principalia cõcurrũt.oportet vtrũꝙ
principaliter probari ita ꝙ nullũ ſit ac
ceſſorium alterius.ff.de ſolu.l.ſi duo rei.
l.ſi res.⁊ q͂ő dicitur ⁊ no.e.tra de q͂õnibꝰ
circa probationes.iij.q.iij.Et ſcḋm hãc
opi.multi fuerũt.erit ergo cautela: vt in
accuſa.ponantur principalia principali
ter:acceſſoria vero acceſſorie per leges
predictas: quod intellige: niſi plura ita 2
ponantur: vt vnum ſequatur aliud taci
te:vel conſecutiue.q꜡ tunc pro vno repu
tantur.vt.ff.de noua.l.ſtichũ dari.§.fin.⁊
l.ſeq.⁊ extra de conſtitu.c.tranſlato.

1 Vltimo ad cõſummationẽ
totius† operis eſt ſciendũ
ꝙ poſt cautelas que iuris
ſunt quedam ſunt cautele 3
q̃ plurimũ facti ſunt.vt fa
cit illa: de q̃ dixi.§.eo.ti.in
prin.Item vt fuit illa de qua narrat pe
trus auffuſſus de quodam perito aduo 4
cato qui dicebatur aduocatus pauperũ.
Narrat enim:ꝙ quidã nobilis diues cõ
cupiuit habere quoddã ꝑdiolũ cuiuſ
dam pauperis:q͂ő pauper alienare con
tradicebat.Unde diues excogitata frau
de ad hoc:vt haberet notium pauperẽ: 5
rogauit vt reponeret in domo ſua que
dam dolia olei quod pauper aſſumpſit:
diues igitur habuit plura dolia.⁊ partez
eorum impleuit ad ſummũ: partẽ eoꝝ
vſq; ad mediũ.Et oĩa cooperuit:⁊ firma
uit:quaſi eſſent oĩa plena.Et ita repoſuit
in domo paupis: deinde poſt aliq͂ő tẽpꝰ
acceſſit ad videdũ dolia:⁊ eis diſcooper
tis clamauit contra pauperem dicens:
ꝙ inuenerit dolia pro maiori parte ſe
miuacua: et affirmauit ſibi ſubtractum
oleum.conſtitutus itaq; in iudicio petijt
emandam a paupere.Pauper aũt inter
rogatus a iudice nullã defenſionem ha
bebat.niſi ꝙ ſe feciſſe negabat.ad quem
iudex opꝫ ꝙ emendes.quia apud te ⁊ in
tua fuerunt cuſtodia.⁊ iuſſit ad talẽ diẽ
emendaſſe.vel ſe de iure defendat cum
quo paupere illa die ſtatuta dictꝰ aduo
catus comparuit dicens.dñe iſte pauper
dicit oĩno ſe inſontem:vñ pete adverita
tem inueniendã vt euacuẽtur oĩa dolia
plena:⁊ ſemiplena.⁊ ſi in ſemiplenis ſit
tm̃ feces quãtũ in plenis cogatis paupe
rem ad emendã.Si minus:/vel ꝑ dimi
dia parte ſit de feces in ſemiuacuis abſol
uatis eũ.q꜡ apparebit euidẽter:ꝙ a ꝑn.
illa dolia plena non fuerũt: q͂ő factũ fuit
⁊ pro medietate fex fuit in vacuis: paup
fuit abſolutus.igit̃ circa multa incum
bit cautela aduocatoꝝ vt dixi.§.eod.in
prin.†Item dꝫ aduocatus v̄ba ita ſerio
ſe ordinare ꝙ ꝑ trãſactionẽ nõ faciãt re
pugnantiã vel cõtrarietatẽ: vel ꝑplexita
tẽ:q꜡ tunc nihil includũt vt.ff.de re.iu.l.
vbi repugnãtia.⁊ de cõdi.inſti.l.ſi titius
⁊ plene no.ff.de vſu ⁊ habi.l.ſeruũ.§.fi.et
extra de purg.cano.c.cũ dilectus.Sꝫ ita
trãſpoſita ſunt ꝙ nõ faciũt cõplexionem
vel prolixitatẽ.tũc trãſpoſitio nõ nocet.
quiaꝫ verba trãſpoſita ſi bene ſint poſi
ta idẽ ſignificant.vt.ff.de pecn.leg.l.qui
dam.extra de verb.ſig.c.nihil.Et tũc po
teſt dici figura hyperbaton:vt no.inſt.ad
l.aquil.§.iniuriã.Itẽ ⁊ ſciendũ† ꝙ tranſ
poſitio vel error aut raſura in modica re
non nocet.vtputa in ſyllaba:vt.ff.de ma
nu.teſta.l.qui habet.Nec in exordio ſiue
narratione.extra de teſti.cogen.c.ex lite
ris.vel in paucis literis : extra de cri.fal.
c.vlti.†Sed inter ceteras cautelas debẽt
eſſe cauti in libellis ⁊ in quibuſcũꝙ ſcri
pturis: ⁊ dictis eorum:vt ponant verba
ſcḋm propriã ſignificationem eoꝝ.ita
ꝙ ſignificatũ verboꝝ non diſcrepet ab
intentione proponentis:q꜡ q͂ő verbũ ſo
nat:eſt rñr accedẽdũ:⁊ ꝑferes q͂ő in men
te gerit.vt.C.de condi.ob cau.l.repeten
di.Nã intelligentia ſermonis dꝫ aſſumi
ex cauſa dicenda.not.extra de verbo.ſi
gnifi.c.intelligentia.Hinc eſt a ſignifica
tione verborum non eſt recedẽdũ in du
bio.ff.de leg.iij.non aliṫ.in principio.q꜡
verba ſimplr̃ prolata ad ꝓpriam ſigni
ficationẽ:non abuſiuã referuntur : vt.d.
l.non aliter.§.titius.⁊ de verb.ſign.l.ne
pos proculo.ad idẽ facit extra de ſpon.
c.ex literis.quanto ergo prudentior eſt
aduocatus tãto ſtudioſius ſuos ſermo



nes aptos proferat. q꜡ ſcḋm phm doctrina
prudentum eſt facilis.qui clare intelligit
clare loquit̃.Sunt tñ quidã ſermones ita
nodoſi:vt inſolubiles appareant: vt ſic
ſcholaris diues rogauit magiſtrũ legũ:
vt ſtudioſius diſceret cui pro diſciplina
promiſit pecunie tantũ q̃tum peteret ita
vt medietatẽ in primo ⁊ medietatẽ datu
rus eo die quo apud primũ iudicẽ perora
ret atq; viciſſet.Cumq; diſcipulus in ſtu
dio facundie optime ꝑfeciſſet:cauẽtibus
patrocinium denegat.vt doctori ꝑmiſſa
non impleret mercedẽ.Ideo doctor cum
diſcipulo litem de promiſſo conteſtatur.
Et ait:diſce inquit ſtultiſſime adoleſcens 2
q꜡ vtroq; modo futurũ eſt:vt mihi ꝑmiſ b
ſum exoluas.Si eñi vicero ex ſñia mihi
teneberis.Si eñ nõ vicero ex pacto:te co
gam.cui ſcholaris rñdit vtroq; modo fu
turum eſt:vt nihil conſequaris.ſiue enim
abſoluat.nihil ex ſñia obtinebis:ſiue ſuc
cumbam:ex pacto nihil habebis.quã litẽ
inexplicabilem iudices eſtimatã in iudi
cium reliquerũt.hoc deſcribitur in plinio
de pictore ⁊ euãdro.Sed mihi videt̃ ex
plicabilis cõtra ſcholarẽ vt.ff.de re.iur.in
l.nullũ.⁊.l.in omnibꝰ cauſis.quodãmodo
vidẽtur inſolubilia in iure.ff.ad.l.fal.l.qui 3
quadraginta.Item qui pot.in pig.hab.l.
claudius.q̃q; tñ plus attendit̃ ſenſus:q̃
verborum ꝓprietas.vt extra de ver.ſig.c.
preterea.C.an ſeruus pro ſuo facto.l.vlti.
ad habendã ergo vberiorẽ doctrinã ⁊ ſi
gnificationem quorundã verboꝝ: quibꝰ
plerumq; vtimur in ſcriptis iudicialibus
de natura ſignificationis vt eorum:prout
ſparſim in iure ponitur. hic per ordinem
inſeramus. 4

¶De ſignificatione dictionum. Rubr.

1 ET primo de ſignificatio
a ne† dictionis copulatiue a
quam quid copula ſit per ⁊:
per eum:per vna: ⁊ per q;:
per ⁊:⁊ per ve:⁊ per ac:vt.ff.
de verbo.ſig.l.triplici.⁊.C.
de impub.⁊ alijs ſubſti.l.vltima.extra de
verbo.ſignifi.c.ſepe.in princi.Que copula
proprie ponit̃ inter diuerſa:vt in rub.ff.de
iur.⁊ fact.igno.⁊.C.per quas perſo.nobis 5
acqui.l.finali.Et ita ſe habet ad naturam c
precedẽtis copulatorum videtur.recipere
in ſequentibus.ff.de fun
do inſtructo.l.ſcio.§.gaio
ſcio.plenam enim repeti
tionem facit:vt ibi nota.
Item tũc requirit vtrũꝙ
fieri.ff.de verb.oblig.l.ſi
quis ita ſtipulatus.q̃q;
ponitur expoſitiue: ⁊.pro
l.ff.ad.l.iul.de vi publi.l.
qui cetu.⁊.ff.de appella.l.
eos.§.ſuper re.⁊ nota.e.l.
ante ea.item quãdoq; po
nitur punctus pro copula
vt not.ff.de edil.edic.l.iij.
¶†Item ve diſiunctiua 2
ponitur pro vel b aut ⁊ ſi
ue.vt no.ff.de verb.ſig.l.
alienato verbo.§.vlti.⁊.l.
hec verba ille aut ille.et
requirunt alterũ fieri : vt
d.l.ſi quis ita ſtipulatur.
⁊.ff.de cõdi.⁊ demõ.l.cum
pupillus cũ diſiunctio.ex
tra de verb.ſig.c.in alter
natiuis.lib.vj.q꜡ alterna
tiua hoc vel illud fieri:
vel deberi ſignificant pa
riter incertitudinem. † 3
ideo in libello petitio vel
epiſtola bis alternati
uis concepta nõ valet al's
non admittuntur.ff.de iu
reiurando.l.pretor edi:it
§.cum autẽ.⁊ ibi not.he
autem dictiones copula
tiue ⁊ diſiunctiue aliq̃n
promiſcue ponitur.ff.de
verb.ſig.l.pe.¶†Itẽ hec 4
dictio ſeu denotat augmẽ
tum:cum precedit ſignũ
vniuerſale.ff.de auro et
arg.leg.l.ſi quis ita.Et lꝫ
denotet diuerſitatem.tñ
plerumq; identitatẽ po
nit.quia vt dicit Innoc.
multiplicatis verbis idẽ
repetit:vt ipſe nota.extra
de exceptionibꝰ.capitu.ſ.
libro.vj. ¶†Item hec 5
dictio vſq; c ponitur in
cluſiue.ff.de ſenatoribus.

a ¶Dictio
nis copula
tiue. Uide
Bar.in.l.ti
tij cũ teſtõ.
§.peñ.ff.de
lega.ij.
b¶Uel.de
hac dictiõe
vide ꝑ bar.
in.l.ſi is q̃
ducẽta.ff.de
rebꝰ du.in
uenit tñ vel
pro ⁊ poni.
gl.in.l.fi.C.
de iure do.
Itẽ ꝑ etiã.
l.exepla.ff.
db.mo.vſu
fruct.amit.
adde ꝙ di
ctio vel:po
ſita inter ꝑ
ſonas non
determiat
ordinem vt
pino noiata
prius atten
datur.ſꝫ di
ſtiguit abſ
ꝙ ordine.c.
cũ plures.
de off.dele.
lib.vj.
c¶Uſq; de
hac dictiõe
vide ꝑ bal.
in.l.memi
niſſe.ff.de of
fi.pcõ.⁊ le.
⁊.ff.de ſeñ.
l.nupte.§.
fina.

a ¶Dictio
iter: ibi.l.j.
vid ibi bal.
vbi plene.

b ¶Dictio
de. Adde ꝙ
aliquando
auget.ff.de
po.l.j. qñꝗ
ponit pro a
C.de fidei-
cō.l.j. ff. de
arbi.l. ſi de
meis.l pti.
Item deſi-
gnat cauſã
proximã.l. a
j.§. nūc vi-
deamus.ff.
de cōiūg.cū
eman.li.co.

c ¶Quãdo
ꝗ. Uide gl.
in .l. Vbis.
ff.de vulg.ꝛ
pup. ſubſti.

d ¶Cōfeſti
Uide.ff. ad
tertu.l.ij.§.
cōfeſtim.ꝛ i
aut.ð ince.
nupt.§.j.ꝛ
Bar. in.l.im-
perato. ff.
de iure fiſc.

l.nuptie.ꝛ de penis.l.ab-
ſentem.ꝛ de lega.iij.l.pa-
tronus.§.ſempronio.et
C.de ꝑcur.aut.ꝗ̃uis.ꝛ de
peti.heredit.l.ii.xij.di.il-
lo.xxxiij.q.ij.eb:ō.qñꝗ po
nitur excluſiue.ff.de leg.j.
l.filiuſfa.§.j.ff. an ꝑ ali.
cau.ap.rec.poſſit.l.j.ad cu
ius intelligētiã diſtingue.
6 † Nam aut cōtinet odiū
ꝛ tūc excludit.vt not.ff.de
dolo.l.j. in dubio diſtin-
gue ſm Dy.q aut ex qua
litate rei addit dictio vſꝗ
poteſt veriſimiliter com-
prehendi.quaſi fuerit ap
poſita incluſiue tūc exclu-
dit.vtputa in ꝯtu em-
ptionis vēdo tibi fundū
vſꝗ ad domū:vel termi-
num:vel vſꝗ ad talē ar-
borē.ſi em eſt tantū ꝓtiū
rei vendite:ꝙ veroſile ſit.
vt vēdita ſit turris:vel ar
bor tūc incluſiue.vt no.ff.
de le.iij.l.patronꝰ.§.ſem-
pronio.q̄ diſtinctio ꝓba.
ff.de reg.iu.l.in obſcuris.
7 † Item hec dictio inter [a]
notat tpis extremitatem
ff.ſi cert.pet.l.nō ois ꝛ po-
nitur incluſiue.ff.de offic.
prefe.vrb.l.j.§.initio.ff.de
cōtrahen.emp.l.ede.§.in-
terim.de ac.emp.l.fundū.
ꝛ.l.quero.qñꝗ ponit pro
citra.ff.de iure fiſci.l.fina.
8 † Item hec dictio infra
ponitur incluſiue.de qua
dicitur inſti.de gradibus
in prin.ꝛ.ff.de act.empt.l.
9 in venditione.¶† Item
dictio extra ponit excluſi-
ue.de qua dicit de modo
nul.l.vj.ꝛ de viur.l.eos.
§.j.ꝛ quantū tpꝰ excludit
infra dr ꝛ habet extra de
10 dila.c.licere.¶† Item di-
ctio ſupra ponit cōcluſiue
ff.de iur.om.iud.l.fin.§.j.

11 ¶† Item hec dictio ſeu ꝑpoſitiua deno-
tat ſemꝑ actionē ff.de ac.emp.l.ſi per ven
ditionem.extra de excep.c.dilectus filius.
12 ¶† Item dictio ex ponit per exceptionem
ſiue pro exceptione.ff.qñ appel.ſit.l.j.§.bi
13 duum.¶† Item dictio de [b] habet detrahe
b re:ſeu diminuere.ff.de verb.ſig.l.deroga-
tur.ꝛ depoſiti.l.j.ꝛ de calum.l.generaliter.
14 §.ij.¶† Item dictio in.habet priuare.ff.
de reg.iur.l.imperitia.ſic dictio inſons in
dēnis inſipiens ꝛc.Sed qñꝗ denotat ar-
gumentū.ff.de libe.ꝛ poſth.l.gallus.§.ille
caſus indifficilis.ff.pro ſocio.l.cum duo-
15 bus.§.damna.¶† Item dictio nūc exter-
minationem temporis ſignificat.ff.de cō-
16 ditio.ꝛ demō.l.iij.¶† Item dictio cū qñꝗ
denotat admonitionem:ſeu quãdam ad-
mirationem:ꝛ nō poſuit aliquod addita-
mentum.ff.de verbo.oblig.l.ſi decem.ꝛ de
mor.interen.l.ij.§.negat.de fundo inſtru-
17 cto.l.j.¶† Item dictio per denotat au-
gmentum.ff.de verbo.ſig.l.vrbana.§.per-
noctare.ff.de mino.l.verum.§.reſti.in fi.ꝛ
pro ſocio.l.cū duobꝰ.§.dãna.Item ſignifi
cat tpis cōtinuationē:vt cū dico talis poſ
ſedit per decem annos.vt dicta.l.vrbana.
Et extra de proba.c.licet.
18 ¶† Item dictio:qñꝗ [c] ponit gñalitatem:
c ſeu temporalitatē de qua dicitur.ff.de le.
19 iij.l.rogo.¶† Item dictio iuxta ponitur
continuatiue.ff.de ſerui.vrba.predio.l.fi-
ſtulam.§.iuxta.item qñꝗ ponitur aſſerti-
ue.extra de verbo.ſig.c.ablatū al's ablate.
ꝛ ibi etiam dicitur de dictione iuxta.
20 ¶† Item dictio ſemper denotat perpetui
tatem temporis.ff.ad ſille.l.in cognitiōe.
ꝛ.ff.qd vi aut clam.l.ſemper.qñꝗ fallit vt
in prima conſti.ff.ibi ſemper auguſtus.et
pro duabus vel tribus vicibꝰ:vt nota.in
aut.de teſta.§.qr vero.
21 ¶† Item dictio cōfeſtim [d] ſic ꝛ dictio cū
d temperamento temporis intelligitur:vt
not.extra de verbo.ſignific.c.ſicut.lib.vj.
Et ſignificat idem hec dictio mox.C.de
admi.tuto.l.tutores.ꝛ extra de elect.ca.qr
22 propter.† ꝛ idē de dictio.cito.de qua ha-
bes cod.c.qr propter.ꝛ.c.cum nobis.ff.ſi
23 quis teſta.liber eſſe iuſſus fue.l.vlti.† Et
idem dictio incontinenti.C.de errore ad-
uoca.l.fi.ꝛ extra de appel.c.cum ſint.ꝛ ibi
24 not.¶† Item dictio tanꝗ denotat ſimi-



litudinem.vt.C.de here.inſti.l.j.ibi ꝛ tãꝗ
adulationem ꝛc.Quandoꝗ eſt expreſſiuū
veritatis:vt.d.l.j.ſm alium intellectum
al's cōtra ponitur:vt extra de vita ꝛ hone.
25 cleri.c.ſi litem.in prin.† Sic ꝛ dictio velu
ti:not.ſimilitudinem.ff.de eden.l.veluti.
26 ¶† Item dictio quaſi eſt expreſſiua veri-
tatis.ff.de tranſac.l.j.ꝛ de verb.obli.l.qui
27 rome.§.duo fratres.¶† Item dictio ma-
xime ponitur comparatiue ſeu augmen-
tatiue.ff.de condi.ꝛ demon.l.filiuſfa.ꝛ.C.
de fer.l.prouinciarū.quandoꝗ abundat.
C.de teſta.l.vlti.circa prin.ꝛ de reſcin.ven
di.l.ea que.Sinautem dictio maxime po
natur aduerbialiter:tunc habet reſtringe
re.ar.eius qd dicitur in.l.qd ſi minor.in fi
ne.ff.de mino.in.§.ſceuola.in gloſ.Et ꝙ di
citur in.l.pater.§.ſi pecunia.eod.tit.Item
dictio maxime ponit pro enim.extra de fi
lijs preſbyterorum.c.ad abolendam.
28 ¶† Item dictio amplius ꝛ dictio plus po
nuntur augmētatiue:ſed ad modicū refe
runtur.ff.de ver.ſig.l.cū inter nos.ꝛ.l.hec
adiectio.Et dic.vt ibi no.Item dictio am
plius facit repetitionē.ff.de lega.j.l.lega-
29 ta inutiliter.in princ.¶† Item dictio vl-
tra ſimiliter refertur ad modicū tempus.
vt extra de dila.c.litere.
30 ¶† Item dictio quinimo ponit affirmati
ue.ff.de pac.l.iuriſgētiū.§.quinimo.extra
31 de ver.ſig.c.cauſa.¶† Item dictio forte
vel forſan.ponit aſſertiue:vt not.extra de
ſta.mo.c.iij.qñꝗ ponit dubitatiue.vñ dici
tur ſub dubio forſan reſpōdēt ſede periti.
32 ff.de ar.l.ſi duo.ij.rñ.ꝛc.† Sic ꝛ dictio por
33 ro in.l.gallus.ad fi.¶† Item dictio quid:
cur:quare:ꝛ ſimilia ponunt interrogati-
34 ue vt.d.l.gallus.¶† Item dictio iterū re-
petitionem denotat:vt.ff.de eden.l.velu-
ti.§.fi.item ponitur continuatiue.ff.de pro
cur.l.item ſi.ꝛ qd cuiuſꝗ vniuerſitatis no
mine.l.item eorū.Continuatio autē ha-
bet cōiungere qd de duobus fecit vnū ex-
tra de temp.ordi.c.literis.vnde cōiuncta
pro vno habet.C.de cadu.tollen.l.ſi non.
35 ¶† Item dictio circa ponit continuatiue.
de qua dr.C.de cōtrahē.ꝛ cōmit.ſtip.l.ma-
gnam.ꝛ.C.de furtis.l.falſus.ꝛ.ff.ſol.ma.l.
quoties.ꝛ de leg.j.l.quid ergo.
36 ¶† Item dictio circa ponit incluſiue.de
qua dr extra de proba.c.licet.Item dictio

preter ponit qñꝗ incluſi-
ue vt.ff.de pig.act.l.j.l fi.
ꝛ ibi no.ff.de ꝑcu.l.ſꝫ he.
ſcꝫ defendere.Et hoc qd
precedit oratio affirmati-
ua:qñꝗ excluſiue vt.ff.de
diuor.ꝛ re.l.nullū.ꝛ hoc cō
trario ꝑcedit negatiua:
vt no.Inno.extra de elec.
in fin.itē dicit de dictione
37 poſtea.¶† Itē dictio al's
ponit excluſiue.ff.de iure-
iur.l.admonendi.ꝛ de in
38 lit.iur.l.al's.¶† Itē alter
alterius:reliquus:ꝛ que-
ꝛ ſimilia:ponunt relatiue
ff.de rerū diui.l.naturale.
§.gallinarū.ff.de ver.ſig.
39 l.ceterorum.† Quandoꝗ
dictio alius ponit ꝛ nō fa
cit relationē:vt plene no.
ff.de ꝑcu.l.non ſolū.§.que
ritur.ꝛ.C.de ſpon.l.j.ꝛ de
ver.ſig.l.ſi aliud.Et qñꝗ
fit relatio ad intellectum:
vt no.ff.de reg.iur.l.pupil
lus.ꝛ infra dicet in relati-
40 uis.¶† Item dictio niſi
ponitur expoſitiue.vt eo.
ti.l.nō ignorat.ꝛ de ea po
nitur.ff.de ꝑcu.l.que oia.
in fin.ꝛ.l.ij.ꝛ de tranſac.l.
act.ꝛ plene nota.ff.ſi quis
caut.l.ſi cū.§.iniuriarum.
Sed.d.Dy.dicit:ꝙ dictio
niſi qñꝗ priuatiue ponit:
vt.ff.de fer.l.ſi feriatis.et
de vent.in poſſ.mit.l.ex-
traneo:vt ipſe not.plene.
quandoꝗ aūt dictio niſi
facit cōditionem:vt.ff.de
41 le.iij.l.fideiuſſ.† Item di
ctio diutius modicū tem
a pus denotat [a] facit.ff.de
re.dub.l.cum impubere.
42 ¶† Item dictio diu [b] ſi-
b gnat decēnium:vt.ff.qui
ꝛ a quib.l.fidei commiſſa.
ꝛ ibi not.al's autem dici-
tur tempus diuturnum:
quod eſt decē vel viginti

a ¶Deno-
tat. Uide ꝑ
Pe.de anc.
in.c.j.nu.5.
de cōiu. le-
proſi.

b ¶Dictio
diu. Uide ꝑ
eundē Pet.
de anchar.
in.c.nullo.
num.12. de
cōceſ. ꝑben.

annoꝝ.C.de ſerui.l.vlt.ff.ſi ſerui.vend.l.ſi
quis diutu:no.⁊.C.ſi aduerſus creditorẽ.
l.ij.Item qñqꝫ dr tp̃s plixũ: qd eſt.x.an:
norum vt.d.l.vlt.qñqꝫ diu ponit̃ id eſt vl:
tra tres mẽſes.l.xij.di.lectis. Qñqꝫ ponit̃
pro biẽnio.C.de omni agro deſerto.l. que
43 in agro.li.xi.¶†Itẽ dictio ſi: qñqꝫ ponit̃
motiue:qñqꝫ modificatiue.vt.ff.de tuto.l.
muto.§.ſub cõditione.⁊ de verbo.obli.l.ſi
decem.Qñqꝫ ponit̃ ſi pro qꝛ.vt.ff.de here.
inſti.l.qui certoꝝ. Qñqꝫ ponit̃ negatiue:
vt in pſalmo.Si introibit in requiẽ meã.
Qñqꝫ ponit̃ diſiunctiue:vt ſi pro quis.vt
C.de cõdi.inſti.l.ij.qñqꝫ dictio ſi eſt ſupua
cua.⁊ pro nõ ſcripta:vt.ff.qñ dies le.ce.l.ti
tio.al's ponit̃ denũtiatiue:vt.ff.de condi.
l.in cõditione.§.hoc ſcriptũ:ſiue ſcriptura
regulariter ponit vim cõdi.vt.ff.de verb.
obli.l.j.§.ſi quis.⁊ de reb.cred.l.cũ ad pa:
tres.que conditio habet fieri per ſi:⁊ per
cum:vt no.ff.de condi.⁊ demon.l.j.
44 ¶†Sic ⁊ dictio cũ qñqꝫ facit cõditionẽ:
qñqꝫ nõ.vt.ff.de cõdi.inde.l.qui promiſit.
45 ¶†Item dictio vt ponit̃ cõſequutiue et
non accuſatiue.C.de obſe.patro.preſtan.l.
iiij.ff.ad.l.aqui.l.ſi ſeruus.§.ſi oliuã.⁊.l.ſi
ex plagijs.§.in cliuo.⁊.l.ſi bonos. Et hꝫ
notare modũ.C.de his que ſub modo.l.j.
⁊.ff.de cõdi.ob cau.l.dedi.qñqꝫ ſimilitudi
narie.vt no.ff.ad.l.fal.l.j.in prin.
46 ¶†Item dictio vterqꝫ:cõiunctiue ponit̃.
vt.ff.de iure fiſ.l.fi.⁊ de rebus dubijs.l.is
qui ducẽta.§.vtrũ.Qñqꝫ ſemel in oratione
poſitum hꝫ ſe diuiſim.ff.de bo.que lib.l.cũ
non ſolum.§.ipſe aũt.de app.l.ſi app.ff.de
cõtrahen.emp.l.celſus.§.fi.⁊ de ſerui.vrb.
47 predio.bucas.¶†Item hoc verbũ debet
tranſlationẽ dñij ſignificat.ff.de ver.obli.
l.vbi aũt.§.fi.Qñqꝫ pro ſolet ponitur.vt.ff.
de here.inſti.l.i.⁊ de officio proconſulis.l.
obſeruare.§.fi.Qñqꝫ accedit ſignificatio:
ni verboꝝ:in quibꝰ iungit̃.vt not.ff.loca.
48 l.ex conducto.§.ſi vno. † ſic impoſſibilis
ponitur ꝓprie ⁊ improprie.ff.pro ſocio.l.de
49 illo.¶†Item dictio ſolũ : aduerbialiter
ponitur.ff.de vſu ⁊ habi.l.cui.de vulga.et
pupil.l.qui liberis.Et eſt dictio priuati:
ua:⁊ augmentatiua ſicut dictio tantum ⁊
tantummodo:vt extra de cauſa poſ.⁊ pro:
prie.c.cum eccleſie. al's autem eſt nomen
vt.ff.de rei ven.l.ſolum.⁊ ad municip.l.li:
50 bertus.§.ſola.¶†Item dictio ne:quãdoqꝫ
ponitur pro dictione an.vt no.ff.de iu.de:
51 libe.l.vlti.¶†Item dictio vt ponit̃ nega
tiue.vt.ff.ad velle.l.tutor.⁊.ff.de lega.j.l.ſi
ſeruus.§.qui quãdoqꝫ.ff.de ſeruis expor.
l.ſi is.Aliquãdo ponitur affirmatiue:ſeu
permiſſiue:vt.ff.de iud.l.vir.⁊ quid ſit ſic
fieri cũ dubium nõ extitit.extra de cogna.
ſpirituali.c.ij.li.vj.
52 ¶†Sed dictio fere:ponitur comparati:
ue.vt.ff.de reb.cre.l.magis.qñqꝫ electiue.
ff.ſi ſerui.ven.l.et ſi forte.§.hec actio.⁊.C.
53 communi diui.l.j.§.fi.¶†Ecõtra minus
pro magis.ff.de iud.l.ꝓperandũ.§.fi.ff.vi
bo.rap.l.iij.§.j.Quãdoqꝫ ponit̃ ab negati
ue:vt.xxij.q.j.c.monet.
54 ¶†Item dictio,ne:ponit̃ pro et.vt ſupra
dixi.⁊.ff.de vſufru.l.omnium.
55 ¶†Item dictio etiam:ponitur incluſiue.
vt.C.ſi tutor vel curator interue.l.etiã.⁊ de
peric.⁊ cõmo.rei vend.l.ſi quis vendide:
56 rit vina.¶†Item dictio abſqꝫ : ponitur
excluſiue.j.q.iiij.qꝛ preſulatus.⁊ extra de
procur.l.qui generaliter.lib.vj.
57 ¶†Item dictio eſt preſentis temporis di
numerationem ſignificat.ff.de auro ⁊ arg.
lega.l.inter.⁊ ideo preſentis ⁊ futuri.ff.de
verb.obli.l.ſi a colono.⁊ dic vt plene dixi
ſupra de queſtio.circa vltimas volũtates
iij.q.j.quãdoqꝫ futurũ reſoluit̃ in pñs.ff.
58 ad exhib.l.j.in prin.¶†Item dictio quo:
dammodo:denotat ꝓprietatem:vt not.ff.
de acqui.poſ.l.ſi me in vacuam.ij.reſpõſo.
59 ¶†Item dictio ceterum:ponitur aduer:
ſatiue.ff.de execu.rei iudica.l.ſi mater.§.
60 eadem.in prin.⁊.l.dicet.¶†Item dictio
plane:ponit̃ pro certe.ff.de iure fiſci.l.vlti:
61 ma. † ſic etiam ponit̃ dictio nempe.ff.de
ſerui.vrba.pred.l.ſed ⁊ ſi mater.
62 ¶†Item dictio ſane:quãdoqꝫ ponit̃ mo:
63 dificatiue.vt no.ff.de ſerui.l.j.§.fi.†Sic ⁊
a dictio ſed:ponit̃ ª aduerſatiue:vt not.ff.
ſi quis cau.l.ſed ⁊ ſi quis §.queſitum.
64 ¶†Et dictio aut: ⁊ dictio ceterum:cum
ſimilibus.ff.de procurato.l.ſed ⁊ ſi.⁊.ff.de
pactis.l.ſed ſi tantum.ff.de nego.geſtis.
l.ſi autem.⁊.ff.de rei vendi.l.ceterum.⁊.ff.
65 ſoluto matri.l.ij.ver.ceterum.†Quãdoqꝫ
dictio aduerſatiua alijs adiuncta facit af
firmationem.ff.de procuratoribus.l.ſed ⁊
hoc.⁊.ff.de inoffi.teſtamen.l.pap.§.ſed ne:



66 impuberem.¶†Itẽ dictio omnes poni:
tur collectiue.ff. de iure fiſc.l.mechis. in
prin.Sunt etiam alia noia collectiua : vt
populus:plebs:legio:cõcio:grex ⁊ ſimi:
lia:vt colligitur.ff.de vſuc.l.rerũ mixtu:
67 ra. ſiue mẽſura.¶†Itẽ dictio omnino:
indeſinite ⁊ ꝑciſe ponitur. ff. de his q̃ in
frau.credi.l.ait pretor.§.ſi q̃s cũ pupillo.
68 ¶†Itẽ dictio ſaltẽ: denotat diminutio:
nẽ:eſt em̃ cõiunctio aduerſatiua.ex de re
ſcrip.c.ſtatutũ.§.cũ vero.⁊ ibi no.ſup ver
69 bo ſaltẽ.lib.vj.¶†Itẽ dictio idẽ:eandeꝫ
in pluribꝰ caſibus denotat cenſuram:vt
no.ff.de trãſa.l.cũ hi.§.idem eſt.extra de
70 ꝑben.c.de multã.§.idẽ hoc idẽ.¶†Itẽ
dictio quatenus.i.qꝛ.C.de iudi.l.ꝓperan
dum.§.j.aliqñ modificatiue eatenus ⁊c.
71 ¶†Item dictio q̃ſi:imperfectionẽ deno
72 tat.ff.de cõdi.⁊ demõ.l.in furto.¶†Iteꝫ
dictio quãuis:ponitur diſiũctiue.ff.de ac
qui.poſ.l.quãuis.qñqꝫ ponit̃ pro ⁊ vt. ff.
fami.her.l.ſi maritꝰ.ff.de vſuf.quemad:
73 mo.caue.l.idẽ eſt.¶†Item dictio qꝛ:cau
ſatiue ponitur.cauſam enim reddit:⁊ rõ
nem ad precedẽtia.ff.de calũ.l.hec actio.
qñqꝫ non criminaliter:ſꝫ poſitiue:ſeu ex
ceptiue.in auten.de execu.in princi. ⁊ de
74 equali.do.in princip.colla.vj.¶†Sic et
dictio ergo:⁊ dictio igitur licet ponatur
illatiue:ſeu continuatiue.vt.l.gallꝰ.ff.de
libe.⁊ poſthu.⁊ ſolu.ma.l.fructꝰ.Tamen
qñqꝫ ponitur inceptiue:vt. ff. de iuſtitia
75 ⁊ iur.l.ius ciuile.§.hoc igitur. ¶† Item
dictio negatiua cõmuniter ponitur pro:
prie:ſed qñqꝫ improprie.vt. ff.de pact. l.
in perſona.in prin.Item ponitur impro
prie:vt circa idem põt geminare. Nam
tunc extra de iureiuran.c.⁊ ſi chriſtus.ſe
cus ſi circa diuerſa plures negatiue po:
nantur.ff.de le ij.l.vnũ ex familia.§.ſi rẽ.
⁊.C.de iure deli.l.nec omne. ergo gemina
tur regulariter vel multiplicatio verbo
rum circa idẽ nõ eſt faciẽda: ne incurrat
vitiũ nugationis.Eſt enim nugatio inu:
tilis repetitio:vt dicit Priſcianus: quia
idem nõ eſt ſepiꝰ repetẽdũ. extra de cle.
c.in geneſi. Qñqꝫ tñ geminatio ſenſum
nõ mutat.ff.de iure do.l. annus. vnicum
quãdoqꝫ ṽbũ ſeruit affirmatiue ⁊ nega:
tiue.extra de here.c.excõmunicamus. §.
credentes. Item ꝙ per negatiuã fit res
dubia.C.qui.ad liber.ꝓclama. nõ liceꝫ
l.iij.⁊ extra de teſtibus cogen. c.iij. ⁊ hec
de ſignificatiõe dictionũ dicta ſufficiãt.

¶De ſignificatione verboꝝ. Rubrica.

NOtandum eſt ꝙ quedam
ſunt dictiones ſiue verba
que appellantur equiuoca:
quedam equipollẽtia: que
daꝫ ſynonyma: q̃dã reſpe
ctiua ſeu ad aliud facta:
quedam demõſtratiua: quedã relatiua:
quedã illatiua:quedã ꝓpria:quedã ap:
pellatiua:quedã ſimplicia: q̃dã compo:
ſita:quedã directa:quedaꝫ obliqua: ſeu
1 inflexa.†Equiuoca dicta ſunt: quia vno
modo ⁊ vno noie proferẽdi plura ſigni:
ficant:habẽt em̃ nomẽ cõe: ſꝫ ratio ſub:
ſtantie eſt diuerſa vt canis appellatione
tria ſignificat.ſ.aial latrabile: ſydus: et
piſcis:ſicut etiam eſt in noie gñali: cuiꝰ
appellatione plures ſpẽs continẽt̃ vtpu
ta res que eſt nomen gñale: vt plene no.
ff.ſi cer.pe.l.j.ſiue ſit genꝰ gñaliſſimum:
vt ens:⁊ ſubſtantia ſiue ſubalternum:vt
aial:vt.ff.de le.j.l.gñale. quoꝝ appella:
2 tione infinite ſpẽs cõtinentur.† Eq̃pollẽ
tia ſunt ſub diuerſis vocibꝰ ⁊ noibꝰ pro
lata q̃ ad vnũ tendunt intellectũ vt man
do:iubeo:ꝑcipio:iniũgo:ĩpero.C. cõi di:
ui.l.j.oẽ verbũ.ff.de re.iur.in ſumma. qꝛ
non refert q̃d ex eq̃pollẽtibꝰ fiat.C.de in:
ſti.⁊ ſubſti.l.iij.licet nota.C.de codici.l. ſi
idem.ꝙ vix eſt aliq̃d qd nõ deferebat ab
3 alio.†Synonyma ſunt que ſub diuerſis
noibus ꝓlata vnũ ⁊ idẽ ſignificãt. vt en
ſis:mucro:ſpada: gladiꝰ. item granum:
triticũ:⁊ frumentũ:itẽ vtor: fruor: ⁊ po:
tior:⁊ veſcor ⁊ ſilia.ꝑdicta em̃ nõ tendũt
ſolũ ad idẽ ſed vnũ ⁊ idẽ ſignificãt.vt.C.
de iure deli.l.q̃dã eulogio:ſic ⁊ mare:põ
thus ⁊ equor:ꝓ eodẽ ponũt̃. ad qd facit
ff.de ṽ.ſig.l.ſi ſub vna.⁊ extra co.ti.c. ni:
4 hil.†Reſpectiua ſeu ad aliq̃d dicta ſunt
q̃rũ vnũ ſine alio nõ ꝑt:⁊ hꝫ vnã relatio:
nẽ vt filiꝰ dici nõ põt ſine reſpectu pr̃is.
auus ſine reſpectu nepotis.fr̃ ſine reſpe
ctu fr̃is:ſuꝰ ſine reſpectu dñi ⁊ ſilia: ſm
id qd no.C.ſine cenſu vel reliquijs.l.vlti.
⁊.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iuris.l.fi:
5 lium cum diffinimus.†Demonſtratiua
ſunt ea per que aliquid demõſtratur ad

oculum: vel ad intellectum. vt ille: iſte:
is: ⁊ hic: hec: hoc. ⁊ ſimilia. C. de liberis
preteri. vel exhere. l. iij. ⁊. ff. de here. inſti.
l. illa inſtitutio. ⁊. ff. ad trebel. §. ille a quo
⁊. ff. de condit. ⁊ demonſtra. l. dinumera-
6 tor. ⁊. ff. ſi cert. peta. l. certum. † Relatiua
ſunt que referuntur ad ante lata. ff. de
lega. j. l. talis ſcriptura cum ſimilibus. li
cet quandoqꝫ fiat relatio ad intellectuꝫ
7 vt. no. ff. de reg. iur. l. pupillus. ¶ † Illati-
ua ſunt que inferuntur ex precedē. vt er
go igitur itaqꝫ ⁊ ſimilia. ff. ſolu. mat. l. iij.
⁊. l. fructus. ⁊ de libe. ⁊ poſthu. l. gallus.
8 ¶ † Propria appellatiua ſunt prout dici
9 tur ⁊ not. ff. de legat. j. l. iij. ¶ † Simplicia
ſunt nomina propria: vt titius: meuius:
gayus ⁊c. vt patet in infinitis legibus.
10 Cōpoſita † ſunt quando ex duobus vnū
nomen componitur. vt poſthumus. ff. de
libe. ⁊ poſthu. per totum ⁊ vnigenitus. ff
de hered. inſtitu. l. ſi pater. ⁊ his ſimilia.
11 Directa † vero ⁊ obligatoria ſiue infle-
xa dicuntur prout no. C. communia de le.
d. l. omne verbum ad idem. ff. de vulg. et
pupil. ſubſtitu. l. verbis ciuilibus.

¶ Conſilium.

1 Sit preterea † cautus aduocatus in ſuis elocutionibꝰ: ⁊ ſcripturis vtatur verbis claris: ⁊ apertis. nam vt dicitur in titulo de regimine principum: qui clare ſcit: clare loquitur. vt. ſ. dixi. quotquot autē ſint figure dicitur: vt not. extra de verb. ſign. c. fotus. §. in communi. Item debet proferre ſermones ſuos per verba legalia: ne verbis aliarum ſcripturarum inducat obſcuritatem. Pluraqꝫ vnius ſciētie redacta ad aliam ſcientam videntur quaſi obſcura: ſiue abſurda. vt. xxxiiij. di. c. locutio ſcripturarum.

Toto igitur opere huius ſummule in capitulis. ⁊. lxxxiij. queſtionibus ſerioſe conſummato: videlicet centū nonaginta queſtionibus principalibus ⁊ nonagintatribus acceſſorijs: duxi metam dicendis imponere. Qui cum propria ſufficiētia recognoſco meipſum correctioni prudentium ſubijcio: vt defectum ſuppleāt ⁊ corrigant. ¶ Sed quia ſcriptum eſt qꝺ vnaqueqꝫ ſcientia quotquot habet ignorātes: tot ⁊ hoſtes queſo vt corrigere volens non prius ad lumina correctionis decurrat: quam totum opus legat: ⁊ perquirat: vt. ff. de legibus. l. inciuile. opere enim hic per totum diſcuſſo me cuiuſcunqꝫ correctioni debite ſubmitto. licet enim hoc opuſculum indubitatum mihi appareat: tamen quia legitur in auten. de tabellionibus circa mediū nihil adeo indubitatum: nec maturo conſilio digeſtum: quod quandam non recipiat dubitationem ſubtilem. idcirco omnibꝰ ſubtilitatibus acquieſco. Sane quia omnis gratie infuſio deſurſum: refero laudes ⁊ gratiam et magnificentiam deo noſtro: qui mihi huius operis aptam inceptionem: rectam proſecutionem: et finalem conſummationem conceſſit. cui honor et poteſtas per immenſa ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Sequuntur additiones quedam ad predictam dictionum ſignificationem. De iſtis dictionibus: vide Spe cul. titu. de diſputationibus ⁊ allegationibus aduocatorum. §. poſt hoc.



Hec dictio an: indicat diuerſitatē in iure vel in facto. v de glo. in. l. ij. §. ſed ⁊ fortius. ff. ne quis eū qui in ius vo — An.
¶ Hec dictio autem: quid importet: vide. l. pretor. §. d his. ff. de dam. infecto. — Autem.
¶ Hec dictio propter: ſignificat cauſam remotam. l. j. §. videamus. ff. de coniū. cum eman. lib. — Propter.
¶ De natura harum dictionum eſt vt ꝙ ſub eis aduerſatiue eſt diſpoſitum non ꝓcedat ſi habeat locum id quod diſpoſitum eſt in precedenti diſpoſitione vt probatur in. l. ſi ita ſcriptū. ff. de lib. et poſthu. ⁊ ibi Bar. ⁊ per eundem plenius in. l. in repetendis. de leg. iij. — Si vero. Sinautem.
¶ Ultra: ponit̄ excluſiue. de q̄ i. l. eos. C. de vſu. ⁊ q̄tū tp̄s: infra dicet̄. — Ultra.
¶ A: denotat ſeparationem. ff. de actio. emp. l. ratio. §. ſi per venditorem. extra de ordi. cogni. c. dilectorum. — A.
¶ Tunc extremitatem temporis denotat. ff. de condi. ⁊ demon. l. iiij. vide per Bar. ⁊ gl. in. l. in ſubſtitutione. ff. de vul. ⁊ pup. Adde ſm Ange. in. l. cū heres §. q̄ ex pte. ff. d acq̄. her. ꝙ etſi dictio tūc: tp̄is extremitatē ſignificet. nō tn̄ hec tp̄is extremitas attēdēda vr̄ qn̄ nihil opat̄: per tex. d. §. vide de hac dictione in. l. huiuſmodi. ff. de verbo. obliga. — Tunc.
¶ Pro: facit modum no. in. l. ſi fundo. C. de trāſac. ⁊ in. l. cum nota. — Pro.
¶ Continue: quomodo accipitur: vide de verbo. ſigni. c. ſicut. lib. vj. — Continue.
¶ Cito: vide in. c. qꝛ ꝓpter. ⁊. c. a nobis. ⁊. ff. ſi q̄s teſt. lib. eſſe. iuſ. l. vl. — Cito.
¶ Incōtinenti: vide. C. de errore aduoca. l. fi. extra de appellatio. capitu. cum ſit. ⁊ ibi nota. — Incōtinenti
¶ Statim: vide in. l. j. ff. iudica. ſolui. — Statim.
¶ Ilico: vide infra in tertia charta. — Ilico.
¶ Deinceps: accipitur aliquoties in infinitum. inſti. de adop. §. lꝫ inſti. de here. quali. §. ſui. vide de lega. j. ſed ⁊ ſi. — Deinceps.
¶ Cur: quare ponūtur interrogatiue. l. gallus. ff. de lib. ⁊ poſthu. — Cur.
¶ At: de duobus facit ius vnum extra de teſt. or. c literis. — At.
¶ Cōtra ponit̄ contumaciter. de q̄ in. l. nuda. C. de ꝯhē. ⁊ cō. ſtip. ff. de fur. l. falſus. quādoqꝫ ponit̄ pro preter. gl. in aut̄. q̄ res. C. de ſa. ſan. ec. — Contra.
¶ Preter: ponit̄ incluſiue. ff. d pigno. ac. l. j. qn̄qꝫ ponit̄ excluſiue. ff. de diuor. ⁊ repu. l. nullus. no. Inno. in. c. dudū. de electi. Itē etiam ponit̄ incluſiue ſi cadit inter res quarū vna nō cōtinet aliā: colligitur ꝓ fundamēto. in. l. ſeyo muto. §. vxori ꝑter. ff. de annu. leg. ⁊ ibi plene ꝑ bar. Sed: q̄ bar. dicebat. ff. de thomatis ꝑ. l. j. in. fi. ff. de pign. ac. vbi dictio ꝑter inter res quaꝝ vna nō cōtinet aliā etiā in materia odioſa ponit̄ incluſiue. Sol. dicit Raph. fulgo. in. l. actione. C. de trāſa. ꝙ illud. c. dudum. nō ꝓbat illud qꝺ dicit bar. preterea ſaluādo bal. ⁊ Inno. illud c. intellige de odio nō rōnabili. ſꝫ. d. l. j. in fi. itelligit̄ de odio rōnabili: ſicut in multis iuris ꝑtibꝰ fit differētia inter odiū rōnabile ⁊ irrōnabile. facit qꝺ no. Bar. in. l. j. ff. de ꝟ. ſig. aut dictio ꝑter ponit̄ ſigno qꝺ cōtinet̄ ſub ꝑcedētibꝰ: tūc extat excluſiue. l. nā qꝺ liq̄de. ff. de pe. le. Aut apponit̄ ſigno qꝺ cōtinet̄ ſub ꝑcedētibus ſi eſt materia odioſa ſtat incluſiue vt i. d. l. ſeyo muto. Idē ſi ſit odiū rōnabile. l. j. in fi. ſ. d pig. ac. ſecus ſi irrōnabile. d. c. dudū. Aut tertio ꝑponit̄ ſigno qꝺ ſub ſe compꝛhēdit ꝑcedētē: ꝟbi gr̄a. lego tibi cētū ꝑter libros meos. ⁊ adhuc putarē. idē Frā. vide gl. i. l. lꝫ ⁊ he. §. defendere. ꝟ. ꝑter. ff. de ꝓcu. ⁊ ibi an. — Preter.
¶ Poſtea: dic vt de dictione preter. — Poſtea.
¶ Poſtqꝫ: an ⁊ qn̄ faciat ꝯditionē. vide. l. inter illā. ff. de ꝟ. ſi. ⁊ ibi no. — Poſtqꝫ.
¶ Alias: ponitur excluſiue. ff. de in lit. iur. l. alias. — Alias.
¶ Alius: alter: aliq̄d: q̄: ⁊ ſilia ponunt̄ relatiue. inſti. de re. diui. §. gal- — Alius.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

**Alter.** linar.ff.de v.ſig.l.centū.qñq̄ alius nō facit relationē.ff. de ꝑen.l.nō
**Aliquis.** ſolū.§.qr.ff.de ver.ſig.l.aliud. ⁊ qñq̄ fit relatio ad intellectū.ff.de re.
iur.l.pupillis.⁊.j.dicetur in relatiuis.
**Qui.** ¶Qui:quandoq̄ facit conditionē:puta ſi adiūgatur verbo futuri tē
poris:vt.l.ſtichum qui meus erit.de leg.j.
**Imo.** Imo:corrigit.ff.de here.inſti.ſi ita ſcriptum.Dic tñ ſm Sali.qñq̄ di
ctio imo ponit cū copl'a vel cū implicatiua.Nā ⁊ tūc ſtat cōiūctiue et
nō correctiue.C.de nouo.C.cōp.in gl.i v̄bo imo.ff.de pac.iuregē.§.qñ
imo.ſm vnam lect.qñq̄ ponit ſimpl'r:⁊ tūc aut ſtat inter incōpatibi
lia ⁊ tūc aut ꝓfert ab hoīe aut a lege:ſi ab hoīe tunc in dubio ſtat cor
rectiue:vt.l.ſtichus imo pāphilus.de ma.teſ.l.ſi ita ſcriptū.de hˢ.in
ſti.aut ꝓfert li.⁊ tūc aut in eo qđ p̄cedit eſt eadē rō:vel maior q̄ in ſe
quēti:⁊ tūc ſtat augmentatiue:vel alternatiue.C.de ſa.ſan.ec.l.iube
**Ubi.** mus.§.economus.aut in p̄cedēti eſt maior rō:⁊ tūc ſtat correctiue.ar.
d.l.ſi ita ſcriptū ⁊c.¶Ubi:iuncta v̄bo futuri tpis:notat qđ no.in.l.ſi
**Quicquid.** ita ſcriptum.§.fi.de le.ij. de quo per bar.in.l.j.de condi.⁊ demon.
**Ut.** ¶Quicq̄d.de hac dictiōe vide.l.l.q̄ rome.§.augerius .ff.de verb.oblj.
¶Ut ponit ꝯſecutiue nō cauſatiue.C.de obſe.pa.p̄ſt.l.iiij.ff.ad.l.aq̄.
l.ſi ſeruꝰ.§.ſi oīa.⁊ hʒ demōſtrare modū.C.de his q̄ ſub mō.l.j.⁊ cōdi.
**Uterq̄.** cā datorū.l.dedi,qñq̄ ſilitudinē:vt no.ad.l.fal.l.j.in p̄nc. qñq̄ notat
conditionē.l.hoc iure.ff.de dona.vbi p doc.¶Uterq̄:cōtinuatiue po
nit.ff.de iur.fiſ.l.fi.de reb.du.l.ſi is ducēta.§.vtrū.qñq̄ in oratione ſe
mel poſitū hʒ ſe diuiſim.C.de bo.q̄ lib.l.non ſolū p̄ſens aut.⁊ de ap
**Sub.** pel.l.ſi apud.ff.de ꝯtrahē.emp.l.celſus.§.j i.fi.ff.de ſer.vr.p̄d.l.binas.
¶Sub:exponit ꝓ poſt.ff.ſi cer.pe.l.j.⁊ de iter.l.ij.§.recuperāde.¶Itē
**Item.** ponit ꝓ corā.C.de epi.audi.l.manicheos.⁊ de re.cre.l.gñalr.in p̄nci.
**Impoſſibile.** ¶Itē:qñ fit p̄cedētiū repetitiua:⁊ qñ ꝯtinuatiua:vide in.l.j.ff.de pu
bli.⁊ in.l.in repetēdis.de le.iij.per bar.¶Impoſſibile:dic q̄ dictio im
**Quoties.** poſſibile pōit ꝓprie ⁊ iꝓprie.ff.ꝑ ſo.l.de illo.i gl.nā pōit ꝓ difficile.
¶Quoties:eſt actio repetitiua.ff.q̄.mo.vſuf.amit.l.ſicut in annos.q̄d
**Perperam.** autē differāt inter ſe iſte dictiones quoties:⁊ rurſus.vide in.l.ſi incer
**Oportet.** tus.§.ſi q̄s ex.de leg.iij.vbi tex.⁊ gl.¶Perperā.i.male.l.cū querebā.
ff.de re.iu.¶Opʒ:qñq̄ ponit ꝓ decet ⁊ ecōtra vt no.gl.in.l.j.in prin.
**Solum.** ff.de vi ⁊ vi arma.⁊.l.cum oportet.in prin.C.de bo.que libe.
¶Solū:aduerbial'r ponit.ff.de vſu ⁊ ha.l.cui.de vul.⁊ pu.l.q̄ libertꝰ
⁊ eſt dictio negatiua ⁊ priuatiua.ſicut ⁊ dictio tm̄ ⁊ tm̄modo. vt extra
**Solus.** de cā poſ.⁊ ꝓprie.c.cū eccl'ia.al's eſt nomē.ff.de rei vē.l.ſolū.ad muni
ci.l.libertus.§.ſola.¶Solus:eſt certorū excluſiua.C.de lat.lib.tol.l.j.
Itē dr̄ia eſt inter ſolus nomē ⁊ ſolū aduerbiū:vt no.gl.in.l.fi.C.de li.
**Dūtaxat.** ſup verbo imperator.qñq̄ ſolꝰ exponit in aduerbiū.i.ſolū vt in gl.ij.
**Negat.** ſup v̄bo ſolus.in.l.q̄ lib.ff.de vul.⁊ pu.¶Dūtaxat eſt ceterorū excluſi
**Uix.** ua.l.ij.C.de legi.¶Negat qñq̄ ponit pro dicit:vt.ff.de iur.ti.l.fi.
¶Uix ponit negatiue.ff.de adul.l.tutor.⁊ de leg.j.l.ſeruꝰ.§.qñq̄.⁊ de
ſer.expor.l.ſi is.qñq̄ ponit affirmatiue ſeu admiſſiue:vt.ff.de iud.l.
**Magis.** vix.qr qđ vix fit.tñ dubiū nō exiſtit.ex de cogna.ſpi.c.ij.li.vj.ſed dictio
fere negatiue vt ibi no.ſic ⁊ dictio pene:de q̄ hˢ inſti. de of.iu.§.ij.vñ
verſus.Uult remouere fere vix verbi vim retinere.¶Magis:ponitur
cōparatiue.ff.de re.co.l.magis puto.qñq̄ electiue.ff.ſi ſer.ven.l.et ſi
**Ne.** forte.§.hec actio.C.cōi di.l.j.ibi not.qñq̄ ponit magis.id eſt minus.
C.de iudi.l.ꝓperandū.§.fi.ff.vi bo.rap.l.ij.§. primo.qñq̄ negatiue.vt
xxij.q.c.manet.¶Ne:pro etiam.ff.de vſuf.l.omniū . Dictio neq̄ in ſe
cōtinet copulatiua.no.bar.in.l.quidam teſt.ff.de vul.⁊ pu.



¶Quēadmodum:denotat improprietatem:vt no.ff.de acquirē.poſ.l.ſi
me in vacuum.ij.reſponſo. vide tex.iuncta glo.in gloſ.ru.ff.ſol.ma.quē **Quēadmodum.**
admodum dos petatur.
¶Quoq̄:aliqñ ſtat pro etiā:vt no.in.l.eadē.in prin.ff.de duo.reis.aliqñ **Quoq̄.**
ſtat pro equaliter:vt no.gl.ij.in eo.§.j.l.eadem.
¶Sane qñq̄ ponit modificatiue.ff.de ferijs.l.j.§.fi.ſicut ⁊ dictio ſʒ:po **Sane.**
nitur aduerſatiue:vt no.ff.ſi quis cau.l.ſed ⁊ ſi q̄s.§.queſitum. ⁊ dictio
ceterū.cū ſimi.qñq̄ dictio aduerſatiua vel cōiuncta facit affirmationē.
l.vt.ff.de procu.l.ſed ⁊ he.ff.de inoffi.teſta.l.pa.§.ſed nec impuberis.
¶Quatenus:qñq̄ ponit ꝓ qr.C.de iudi.l.ꝓperandū.§.j.aliqñ modifi
catiue.vt eatenus quatenꝰ ⁊c.ff.qđ cū eo.l.j.de inſti.l.eatenus.vide in.l.
j.in p̄n.ff.de op.no.nū.in gl.in v̄bo hactenꝰ. Qñq̄ ponit ꝓ q̄tuncūq̄.ff.
de re iu.l.hactenꝰ.aliqñ ꝓ qr.ff.de v.ob.l.cū filius.⁊ ibi gl.improprie.ff. **Quatenꝰ.**
de penis.l.in perſonā.in p̄n.lʒ cōiter ponat ꝓprie circa idē ſi ponatur ge
minatiue.⁊ tunc mutat naturā ⁊ facit geminationē.ff.de verb. ſignifi.l.
duobus.extra de iureiu.c.quēadmodū ſi vir.ſʒ etſi circa diuerſa plures
negatiue ponant proprie ponit.ff.de leg.j.l.vnū.l.familie.§.ſi rem.C.de
iur.deli.nec emere.ideo qr multiplicatio verborum vel generatio circa
idem nō eſt facienda ne incurratur vitium nugationis.eſt enim nuga
tio inutilis repetitio.vt dicit priſcianꝰ.vt qr idē nō eſt ſepius repetēdū.
c.in gene.extra de elec.qm̄ gñatio ſenſum nō mutat.ff. de iure do.l.auꝰ.
vnicū quoq̄ verbū ſeruitur affirmatiue ⁊ negatiue. extra de heret.c.ex
cōicamus.§.credentes.Item negatiue fit res dubia.C.qui ad liber.pro
cla.non licet.l.iij.extra de teſti.cogen.c.iij.
¶In ſingulos:eſt dubitatiua ⁊ ſi diſtribuit res ſeparatas:verū inuicē **In ſingl'os**
nō faciunt ſibi cōcurſū:ſi vero diſtribuit in eadē re tūc qr nō eſt oīno di
ſiunctio realis ex quo in vnū corpus ſunt cōiūcti haberet locū ius accre **Sicut.**
ſcēdi de quo in.§.is ita.C.de cadu.tol.⁊ ꝑ hoc nō ob.l.cōiuncti de lega.j. **Nam.**
¶Sicut:quomodo accipit:viđ gl.no.in.c.examinata.de confir.vtil. **Ideſt.**
¶Nam:vide glo.in.l.iam hoc iure.ff.de vulg.⁊ pupil. **Quicūq̄.**
¶Ideſt:vide.l.ſunt qui.ff.de re iudicata. **Tantus.**
¶Quicūq̄:vide.l.ex morte.ff.de pact.conuen. **Quantus.**
¶Tantus:⁊ quantus:vide in dicta.l.ex morte. **Ilico.**
¶Ilico:verificat intra triduū.l.fi.C.de in.aliqñ.x.dierū.l.ab eo.C.q̄ño ⁊ **Olim.**
qñ iudex.vide Barba.in.c.bonafides.colū.iiij.extra de depo. **Quondā.**
¶He dictiones poſſunt notare tēpus preſens preteritū ⁊ futurum. hoc **Jam.**
ſentit glo.in.l.nec emptio.ff.de contrahen.empt.de quibus vide pleniꝰ **Dudum.**
in.l.j.§.j.ff.de oper.no.nun.in verbo olim. **Ad.**
¶Ad:modificatiue ſtat.l.cum hi.§.ſi vni.ff.de tranſac. **Proinde.**
¶Proinde:glo.in.l.ſacrilegij.§.is autē.ff.ad.l.iul.procu.vide gloſſ.ma **Scilicet.**
gnam in.l.j.in prin.ff.de edendo.
¶Scilicet.l.omnibus.ff.de dona.cauſa mortis.

¶Excudebat Joannes Criſpinus Typographus vigilantiſſimus
Lugduni. 1541. Menſe Aprili.

¶Regeſtum.

A B C D E F G H I K L M N. Omnes ſunt quaterniones.

24.898.




H-16765

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА